

Christo vivunt etiam istius mundi commoda consequuntur, docet Paulus his verbis : « Ego autem vobis parco. »
 70 Et iterum : « Hoc autem dico ad utilitatem vestram. »
 Vides ergo, Theodore, quid demonstrare desideret, quia
 melior ac maior ostenditur ille qui Domini quam ille qui
 coniugis curam gerit. Nullus quippe hinc ad illa trans-
 gressis paenitentiae locus est, neque enim aliquis athle-
 75 tarum, posteaquam egressus stadium fuerit, spectaculis
 ex more finitis, certamen adgredi potest. Haec si cogitare
 semper velis, terribilem illum atque violentum maligni
 daemonis gladium frangendo comminues, quo interficere
 plurimos solet, per quod deiectis spem resurrectionis
 80 abscidit. Grave istud ac durum est armorum ipsius genus
 et alia semel captos arte non retinet sed huiusmodi vin-
 culis illigatos constringere solet, quos potuerit subiugare,
 quos tamen nexus cito si volueris, dei nutu, subita con-
 versione dirumpis.

6. Scio quidem me epistolae excessisse mensuram sed
 ignosce, cum longius paulo non sponte progressus sum.
 Sed maeroris acerbitate compulsus et caritatis affectu.
 Propterquam mihi, ut ipse cognoscis, imposui istam scri-
 5 bendi necessitatem, vetantibus multis atque dicentibus :
 « Omitte ! Quid incassum laboras et supra petram, ut